Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De vita Francisci Xaverii, qui primus e Societate Jesu in Indiam & Japoniam Evangelium invexit - Cod. Ettenheim-Münster 188

Torsellini, Orazio

[S.l.], nach 1607

Caput XI.

urn:nbn:de:bsz:31-115990

Visual Library

relictum erat, invicta manu ex improviso aggressus occisione delevit. Praedam oblatam recepit. Et valuit apud Barbarum Regem memoria dati etiam à non cogitante beneficij. Mox simul victoriae gaudens, simul gratulabundus, ad Lusitanae classis Ducem liberatorem suum tendit: seque ultro, pro tam insigni Lusitanorum merito, Lusitani Regis stipendiarium facit. Hic reportatae, Francisco auctore, victoriae cumulus fuit. Sane Christianae Lusitanae Praefectus, his rebus ita gestis, XXV. naves ex omni hostilis classis numero relegit, quas secum deduceret, caeteris, quod inutiles viderentur, injecit ignem, ex in praeda ac gloria onustum deportat exercitum.

Rex Pertensis ultro se Lusitani Regis stipendiarium facit.

Xaverius Malacensibus partae victoriae, cuius auctor fuerat, vates extitit.

Cap. XI.

Francisci preces pro victoria.

Haec uno ac dimidiato mense ferme spatio gesta. Quo tempore Francisci victoriam à Deo precibus exposcentis invicta constantia extitit. Nam privatim solum coeleste Numen propitiabat ipse; sed etiam publicè populum ad idem faciendum identidem invitabat. Bis quippe in hebdomada, die Dominico ac feria sexta concionem Malacae habebat ad populum. Et solenne illi erat in perorando rogare concionem, ut, pro Lusitanae classis victoria de barbaris, semel Pater & Ave secum orarent. Paruit initio populus non invitus per XV aut XX. dies, quoad scilicet spes fuit victoriae. Caeterum cum per id tempus nullus omnino de classe nuncius afferretur; suspecta nostrorum clades multos civium à pio instituto avertit, ac penitus alienavit. Auxit Malacensium sollicitudinem dissipatus temere à Saracenis auctus rumor: Lusi-

Moeror Malacensium ex falso Lusitanae cladis nuncio

tanor

tenor praelio victor ab Acenis, et occidione occisus:
Falso rumori fidem vero opinio faciebat: namque
hostes pugnacissimos, et longè superiores viribus
esse constabat. Ergo civitas omnis moerore affli
ctari: matronae effusae in lacrymas, virorum, libe
rorum, agnatorum interitum, suam orbitatem
ac solitudinem deplorare. Praefectus ipse urbis,
quòd cladis auctor haberetur, oculos declinans
civium, publico carere. Inter quae Franciscus
de more verba faciens ad populum, ipse moe
rorem inanem moerorem abstergere conabatur.
Et nunc in quosdam, qui sortibus ac veneficiis
Lusitanae classis eventum exquisierant, inve
hebatur, eorum superstitionem vehementer accu-
sans: nunc cives, quos Divinae providentiae
immemores plus aequo suorum cura sollicitaret,
graviter increpitos ad spem erigebat. Ad ulti-
mum perorans, omnium preces ad impetran
dam à Deo victoriam, exigere non desistebat.
Etsi non erat nescius, suam illam rationem in
multorum odia incurrere, fremerentque, illas preces,
quae exigerentur, pro defunctorum venia potius, quam
pro vivorum victoria, fundi oportere. Sed brevi
Xaverianae vaticinationis fides extitit. Aderat
jam dies memorabili victoria insignis futurus.
Franciscus igitur eo ipso die (is forte Dominicus
erat) in templo concionem habebat. Et erat
eadem hora, qua se Lusitana classis parabat
ad pugnam. Igitur inter perorandum ad Christi
crucifixi effigiem repente orationem sequens conver
tit: divinique Spiritus instinctu cum effusa vo
ce jactationem classium, primum classium
congressum verbis describere per ambages vel
coepit, auditoribus admiratione defixis. Unde ar-
dentibus

Malacenses solatur.

Lusitanae classis victoriam prospicit ac praedicit

dentibus oculis, vultuq́ue effusis lacrymis excla-
mare: O JESV Christe, Deus cordis mei, obsecro
te quaeso per supremos vitae tuae cruciatus,
ne deseras quos tuo sanguine redemisti. Haec erat
illa, quae Sancto viro hinc metus, hinc spes; in
tali re ac tempore subjiciebat, clamabat, inclina
tum ac deficiens corporis jactatione caput sum
ma suggesti sponda paulisper excepit. Exin ve
lut ex ingenti defatigatione requievisset, caput
attollens: subito proclamat, vultu alacri et lae-
tusque: Nunc demum, Malacenses, moerore depo
Vaticinatio. sito, immediate vos ac laetitiae date. Modo ho-
stem nostri incruento quidem praelio devicerunt,
non amplius tribus e nostris desideratis:
tantulo impendio tam insignis victoria stetit.
Nec mora, jam victoria exultans, hostium spo
liis praedaq́ue onusti cum captivis navigiis
revehentur domum. Propediem (: certumq́ue
designavit diem :) adventu involuimur. Agite
dum ergo & Deo victoriae auctori, gratulantes
semel Orationem Dominicam, Angelicamq́ue sa
lutationem, pariter recitemus: caeterumq́ue pro
nostris qui in pugna ceciderunt. Francisci prae
dictionem non edicta solum supplicatio, sed in
gens etiam omnium admurmuratio excepit. Tan
tiq́ue viri auctoritas hilaritasq́ue oris inusitata omni
Vaticinatio excitavit animos moerore torpentes. Viris expe
ctatione erectis, eadem die Mater familias separa
tim in alio templo pro concione solatus est: dixitq́ue,
ipsum definivit, quo die certus ad eas de suorum inco
lumitate ac victoria nuncius esset accessurus. Praenun
ciationem omni ex parte exitus comprobavit. Biduo
triduove intermisso, nuncius adfuit partae victoriae;
Laetitia Malacensium ex nuncio victoriae. nunciarunt victores ipsi cum ingenti praeda, magnoq́ue nu
mero captivarum navium, secuti. Immensum scilicet, ve
lut ex insperato, gaudium Malacensibus affulsit;
adeo

adeo res ipsa expectationem omnium vicit, cum ab
octo navigiis naves XXV. captivas agi viderunt. Con-
festim igitur victrici classi ad urbem appulsu,
cuncta civitas ab ingenti metu almum, se se ob-
viam effudit. Franciscus inprimis magnae victoriae
ac laetitiae pars, procedit ad littus. Egressum in terram
Ducem, aliosque primores classis, gratulabundus am-
plectitur. Inde in communi gaudio et gratulatio-
ne, cum tempus victoriae accuratius exquireretur,
non tantum dies constitit, verum etiam res ipsa veritati
cum praedictione convenit Xaverii. Eoque plus ad-
miretionis res habuit, quod locus, ubi pugnatum erat
amplius CC. millia passuum aberat Malaca. Ex eo
tempore Malacae haud magis sanctitate quam
vaticinatione conspicuus fuit. Caeterum iisdem
temporibus sanctitatis eius fama Orientem per-
vagata ex ultimis terris homines ad Xaverium
visendum exciuit.

Anger Japon Francisci congressu
ad Christum convertitur.

Cap: XII.

Mensibus circiter quatuor in Malacensi
civitate iuvanda consumptis navigandi fa-
cultatem nactus, in Indias cogitabat, cum ad eum
Malacam Japon quidam, Anger nomine, inde
usque ab Japonia venit, vir domi suae honesto
loco natus, et ingenio singulari praeditus. Causa
veniendi fuit, ut animi vulneribus, quae [illegible]
ter inflixerat [illegible], ab eo peteret medicinam.
Quippe homicidio facto in Japonia, conscientiae
simulis inimicorumque telis pariter exagitatus
ad Bontiorum seu religiosorum apud illos hominum sacrum
coenobium confugerat, simul conscientiae remedium
et vitae perfugium quaerens. Sed utraque eum spes
fefellit.

Octo Lusitanorum
navigia XXV
captivas barbaro-
rum naves agunt.
6

Bontii Japonum
Sacerdotes.